

fecraverant olim homines pii & locupletes pensiones annuas aut in usus sacrorum, aut ad studiosorum adolescentum alimenta, quibus aliàs, unde viverent, non esset, atque hæc quidem suo statu permanebant, illæ ad salaria ministrorum Ecclesiæ transferbantur. Reliqua templa Paulinum & Franciscanum minus frequentabantur. Petrinum fanum quod vetustate ruinofum, Anno 1507. Abbate Merseburgio primum saxum ad fundamentum ponente, lapide coctili refectum fuerat, jam Catharinense & Marianum, in quibus ut plurimum matutina sacra Missarum, ut vocant, celebrabantur, precesquè vespertinæ ad D. virginem fiebant, primum clausa & obserata fuerunt: Marianum deinde Anno 1545. dirutum, & propugnaculum haud procul inde in mœnibus oppidi excitatum fuit: neque multum temporis abiit, cum & Catharinense disturbatum, & in ejus area domus privata in fine Catharinensis viæ ædificata fuit. Vestalium quoque ædes ante portam Petrinam unâ cum rectis reliquis & hortis amœnissimis excidio & ruinis data, cujus soli pars arcis Pleissenburgiæ post annos septem longius extra mœnia promotæ fun-

fun-